



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 41. Bavaria a Gustavo Sueco Rege infestata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII.  
A. C. 1632.

ctura vœnum dabat, ipsum quoque Ragotsum Transylvaniæ Principem promissa Hungarici Regni parte sollicitabat, ut communi rei Lutheraniæ hono, copias contra Cæsarem, Austriacæ quoque primo educeret: sub idem quoque tempus Buridanem Hungarum Constantinopolin ablegabat, ut Turcas quoque in Cæsarem concitaret. Horum haud ignarus Imperator, recentem militum conscribere statuit, atque Albertum Wallensteinium, reluctantem licet, præmum exercitus sui Ductorem rursus nominavit, eoquod Maximilianus Bavarix Elector ad patriæ suæ defensionem Tillium cum copiis suis in Bavariam movere iussisset.

§. XLI.

*Bavaria a Gustapho Sueco Regi  
infestata.*

*Bougeant  
Hist. belli  
tric. p. 1.  
l. 3. §. 39.  
Barre hist.  
d'Allem.  
tom. 9.*

Postquam Gustaphus Adolphus Rex Eleonoram Brandenburgicam conjugem suam Francofurtum reduxerat, Fridericum Palatinum Comitem, qui hactenus in Belgio latuerat, ad se evocavit, eumque Regio honore ac titulis honorari præcepit: Demum inducitur quæ cum Catholicis Principibus factæ ratis pactæ erant, expirantibus, Cæloniam nec præsidio nec munitionibus



firmatam urbem tota armorum mole Sæc. XVII.  
 opprimere statuit: ubi vero Hornii co- A. C. 1632.  
 pias, cui Franconiam infestare præ-  
 ceperat, Bambergæ a Tillio fusas  
 fugatasque comperit, hac clade per-  
 cussus mutato consilio Tillium insequi,  
 ac delere, omni ope admissus est, oc-  
 cupatisque Crucenaco, Baccheraco  
 aliisque inferioris Palatinatus urbibus  
 cum triginta armatorum millibus in  
 Franconiam movit. Comperto Regis  
 adventu Tillius die decima tertia Mar-  
 tii motis castris Erlangam perexit, re-  
 lietoque Bambergensi Episcopatu in  
 Bavariam, magnis itineribus conten-  
 dit; illius enim invadendæ Regem esse  
 cupidissimum probe noverat: cum e-  
 nim Maximilianus Bavarix Elector Ca-  
 tholici fæderis Dux tum ob auxilia Cæ-  
 sari suppeditata, tum propter arctam  
 cum Austriaca Domo amicitiam a cun-  
 ctis Protestantibus tanquam præcipuus  
 horum motuum Auctor traduceretur,  
 hinc Gustavus Rex vindictam de eo su-  
 mere, parique aviditate, quæ Cæsarem  
 Imperio & Catholicos Religione sua  
 exuere moliebatur, hunc quoque Ele-  
 ctorem aut sua ditione spoliare, vel sal-  
 tem ferro flammaque eam delere consti-  
 tuit. Igitur Gustavi Hornii, Vinarien-  
 sis Ducis, & Joannis Banneri copiis  
 auctus, presso pede Tillium insequitur,  
 &



Sæc. XVII. & Norimbergam ingreditur, ubi a Senatu A catholicico non modo liberaliter exceptus, sed etiam duobus belli tormentis omni apparatu instructis donatus, abductis secum in captivitatem P. Capuccinis, Neomarchia Donawertham movit. Præerat huic urbi Rudolphus Lavenburgicus Dux, qui aliquando oppugnantium impetus eludens, cum se viribus imparem cerneret, præsidium militem unacum impedimentis noctu eduxit: Capta hac urbe Sueciæ Rex, cum sibi in Bavariam, Austriamque aditum patefcere cerneret, dimissis aliquot legionibus, quæ Oberdorsium Comitum Fuggerorum Dynastiam, aliaque ignobiliora ad Danubium oppida interciperent, cum majore exercitus parte in Sueviam irrupit: Tillius vero, ut Regi aditum in Bavariam intercluderet, prope Rainam urbem tum oppido munitam castrametabatur, dejectoque ponte, Lyci amnis oram usque ad Augustanam urbem crebris stationibus, collocatisque bellitormentis munivit: Paulopost ipsemet Maximilianus Elector die quarta Aprilis ad castra Monachio discessit.